

EPISTOLA<sup>1</sup> AURELII CARTHAGINENSIS ARCHIEPISCOPI<sup>2</sup> AD DAMASUM PAPAM DE<sup>3</sup>  
CANONIBUS APOSTOLORUM, QUOD OMNI VENERATIONE SINT COLENDI.

Beatissimo<sup>4</sup> Damaso Aurelius<sup>5</sup> Carthaginensis episcopus.

Gloriam apostolicae sedis et vestrae sublimitatis gratiam nostra humilitas exorat<sup>6</sup>, ut statuta, quae  
5 reperire<sup>7</sup> poteritis<sup>8</sup>, post finem beati principis apostolorum Petri usque ad vestrae sanctitatis  
principium iuxta apostolicae sedis auctoritatem, quam cognovimus per vestrae sapientiae sanctitatem  
gubernare<sup>9</sup>, nobis scripta mittere dignemini, quatenus per vestrae sanctitatis nobilitatem atque  
prudentiam nosse valeamus, quae in praefata<sup>10</sup> sancta sede supradictis temporibus sunt decreta et,  
qui<sup>11</sup> adversa<sup>12</sup> canonum apostolorum<sup>13</sup> instituta gesserunt, cognoscatur. Bene vale, sanctissime  
papa,

10 et ora pro nobis, amantissime pater. Data octavo<sup>14</sup> Kal. Martii et lecta Romae quinto Non. Maii.

---

### Quellen:

1-10 *Incipit epistola* etc. Tota epistola a Ps.-Is. conficta (fortasse sec. ep. Hieron. p.27)

### Rezeption:

4-9 *Gloriam – cognoscatur*: Coll. Ans. ded. III,7

---

<sup>1</sup> EPISTOLA] INCIPIT EPISTOLA *N442; I83; VD38*

<sup>2</sup> EPISCOPI *V630*

<sup>3</sup> DE CANONIBUS APOSTOLORUM QUOD OMNI VENERATIONE SINT COLENDI *fehlt V630*

<sup>4</sup> Beatissimo] BEATISSIMO PAPAE *V630*

<sup>5</sup> Aurelianus *I83*

<sup>6</sup> exoret *I83; VD38*

<sup>7</sup> repperire *korr. aus repperiri V630*

<sup>8</sup> poteritis *korr. aus poteris I83*

<sup>9</sup> gubernari *V630; VD38*

<sup>10</sup> praefata *korr. aus praefatam I83*

<sup>11</sup> quae *I83*

<sup>12</sup> adversum *VD38*

<sup>13</sup> apostolicorum *A367*

<sup>14</sup> octava *I83*